

18# 6# 81

20





BX855  
.14  
1733-62  
v.10  
c.1





1080044929

23



**BULLARIUM  
ROMANUM**

*S E U*

NOVISSIMA ET ACCURATISSIMA

**COLLECTIO**

APOSTOLICARUM CONSTITUTIONUM

*Ex authographis, quæ in Secretiori Vaticano,  
aliisque Sedis Apostolicæ Scriniis  
affervantur.*

*Cum Rubricis, Summariis, Scholiis,  
& Indice quadruplici*

**TOMUS DECIMUS**

**PARS PRIMA**

*Complectens Constitutiones CLEMENTIS XI. ab anno I usque ad XIII,  
seu ab anno MDCC ad Novembrem MDCCXIII editas.*



**ROMÆ MDCCXXXV.**

*Typis, & Expensis Hieronymi Mainardi in Platea Montis Citatorii.*

**SUPERIORUM FACULTATE,  
CUM PRIVILEGIO SANCTISSIMI.**



*Eminentissimo, & Reverendissimo Principi*

**D. G E O R G I O**  
**S P I N U L Æ**

**S. R. E. CARDINALI PRESBYTERO**

*Tituli Sanctæ Mariæ Transtiberim.*

HIERONYMUS MAINARDUS

FELICITATEM.



UÆ duo maxime optare solent, qui edendis operibus Patronos quærunt, vel adsciscunt, insignem scilicet illorum auctoritatem, & illustre meritum; in Te, Cardinalis Eminentissime, ita vigent, & emicant, ut altera ab altero decus capiat, & amplitudinem. Nimirum ab ineunte ætate virtuti studens, nihil magis præ Te tulisti, quam eam adipisci, ad quam natura, atque ingenio non factus, sed natus videbaris. Hinc quæ

a 2

alii



alii vix ætate matura assequi solent, adolescens feliciter exhibuisti; moresque juvenis expressisti sapienti maturitate graves, atque compositos, qui ab æqualibus æmulationem, a majoribus venerationem exigerent. Mens quovis major negotio jam tum magna quæque, atque sublimia meditabatur; impellebatque ad ardua & difficillima probe institutus, & ad præclara aspirans animus. Is præstanti respondens indoli, perpetuo sibi imitandum constituit quod supra consuetum esset ac vulgare. Hinc factum est, ut quam a majoribus hausisti, clarissimam inclyti generis nobilitatem, assiduis virtutum exemplis splendidior redderes: minimique constanti judicio penderes quidquid infra solidam virtutem, verumque honorem est.

Tam eximiis animi dotibus INNOCENTIO XII. Pontifici Maximo optime notus, & commendatus, ab eo in Prælatorum ordinem Romanæ Curie es cooptatus: mox Ferrariam Pro-Legatus missus: deinde regimini Urbium Centum Cellarum, tum Viterbii, ac demum Perusie præfectus. In quibus, quum splendidissimis virtutum exemplis publico bono consulisses, majora merentem CLEMENS XI. Summus Pontifex, acerrimo judicio Princeps, in Melitensem Insulam Inquisitorem legavit. Inde mature revocatum Sancti Spiritus in Saxia Commendatorem constituit: tum Apostolicum ad CAROLUM III. Hispaniarum Regem Nuntium destinavit. Nec ita multo post in Germaniam eodem ornatu munere misit, ut apud ipsum CAROLUM, Imperatorem renunciatum, Orthodoxæ Religionis, & Apostolicæ Sedis negotia pertractares. Inibi Optimi Pontificis votum implens, impeditissimis Christianæ Reipublicæ temporibus ita gravi functus es provincia, ut a ceteris Summorum Principum Oratoribus singularem existimationem, ac venerationem promeritus, nemo fere Viennæ esset, qui Te luculentis non efferret laudibus; majorique commendationis præconio CLEMENTEM cumularet, qui tales ministros legeret: quorum opera Pontificæ Majestatis undecumque integrum servaretur decus, majusque in dies rei catholicæ emolumentum accederet. Ab ipso Pontifice Maximo in amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptatus, Eminentissimam dignitatem splendidioribus virtutibus cumulaisti. Eorum vero, quibus notus eras, nemo unus fuit; qui Te Sacra Purpura dignissimum non judicaret: antevertitque justissimi Principis beneficentiam commune judicium, & desiderium.

Post CLEMENTIS obitum, quum INNOCENTIUS Tertiusdecimus Catholicæ Ecclesiæ regimini fuisset præfectus, Te unum ex uni-

verso

verso Cardinalium Collegio summæ rei a secretis delegit, cui longe maxima ac difficillima Pontificatus negotia pertractanda crederet, haberetque parem oneri Administrum impigrum, atque fidissimum consiliarium. Quo quidem in munere arduo non modo omnium Principum, ac Gentium implevisti desiderium, sed longe multumque subjectorum etiam expectationem superasti. Quamobrem Pontificæ ditionis populi effusi in tuas, atque INNOCENTII laudes, vicissim gratulabantur: publiceque, atque privatim prædicabant, felicissimam futuram Christianam Rempublicam, quam talis Pontifex regeret, juvaretque sua opera dignus tanto Pontifice administer. Hanc laudem adeo constanter regnante INNOCENTIO sustinuisti, ut, qui ei successit BENEDICTUS, occasionem nullam præterierit, qua Te, quanti faceret, non plenissime testaretur. Neque merito contentus præconio cum honoris significatione præcipua, gravissimo Cardinalium Coetui, qui Sacrorum Immunitates curat, atque tuetur, præfecit. Rei item agrariæ promovendo bono proposuit: postremo Bononiam de latere Legatum misit, ut Pontificio nomine Æmiliam regeres. In hac Provincia spectata mentis tuæ amplitudo, justitiæ cultus, consummata maturitas, flagrans in pauperes charitas, effusa demum in universos beneficentia luculentius patuere. Gratissimum Populis regimen ea insuper humanitate, facilitate, & comitate temperasti, ut subjecti amantissimum Principem in Te venerantes, Patrem simul agnoscerent, ac prædicarent. Functumque munere ita celebrant, ut parem semper exoptent: ac pro Votis a Deo Optimo Maximo impetrasse, magnopere gaudeant. Jus poscentibus ubique reddere, & adesse: juvare, fovere, atque tueri mihi ferros, familiare extitit. Diem perdidisse putabas, quo non factum aliquod Sacro Principe dignum edidisses. In id vero naviter incubuisti, ut potestas pietati famularetur: arctoque cum illa juncta fœdere publico, atque privato bono prospiceres. Quovis in munere; in molestiori negotiorum mole, & varietate primas semper partes sibi religio vindicavit. Illud etiam præclarum, quod, vel inter confertissima negotia identidem secedere consueveris, piis illis exercitationibus intentus, quibus liber ab humanis curis animus arctius Deo hæret, ut sublimioribus dicitur virtutibus.

Verum non hisce dumtaxat momentis, Eminentissime Princeps, sed aliis quoque causis præcipuis sum adductus, ut hoc Tibi Volumen inscriberem. Complectitur id siquidem leges latas a sapientissimo Pontifice Maximo CLEMENTE XI., qui Te

Car-



Cardinalem creavit, qui Te potissime amabat, suspiciebatque, Tuæque prudentiæ, dexteritati, eximio in Apostolicam Sedem studio, & æquitati tribuebat plurimum. Te igitur cogitans, quam simillimum optimo Principi, ac Sanctissimo Pontifici Cardinalem simul intueor: ejusque leges, scita, & constituta offerens, munus omni prorsus ex parte Tibi gratum, & congruens exhibeo. Eas enim Sanctiones profero, quas Populis jus reddens, sapientia præditus singulari exequutioni mandasti; nec tantum ut ipsimet exequerentur, imperasti, sed tuo illos instruens exemplo, incorruptissimis tuis, ac familiæ tuæ moribus, ceteris bene vivendi factus norma, & exemplar, feliciter expressisti. Excipe igitur, qua soles humanitate, ac benignitate munus tot nominibus Tibi debitum: cujus causa id solum jure mihi imputare possum, ac meriti loco ducere, quod ei reddiderim, cui merito fuerat tribuendum.

INDEX

# I N D E X

## RUBRICARUM CONSTITUTIONUM C L E M E N T I S X I.

*Quæ in hoc Tomo continentur.*

### ANNO PRIMO.

- Constit.*  
 I. **C**onstitutio, & Privilegia Conclavitarum. Pag. 1.  
 II. Restituuntur quatuor Cœnobia Provinciæ Argentinæ. FF. Min. de Observ. Recollect. 4.  
 III. Constitutio Visitationis Apost. Ecclesiarum, & locorum Piorum Urbis. 5.  
 IV. Indulgentia plen: in festo S. Rosæ Viterbien. pro Ecclesiis Ord. Min. de Observ. 6.  
 V. Facultas canendi cantu Gregoriano pro Eremitis S. Aug. Provinciæ Franciæ. 6.  
 VI. Erectio Congregationis Sublevaminis Urbis. 7.  
 VII. Officium S. Paulæ sub ritu 2. Classis pro Monachis S. Hieronymi. 8.  
 VIII. Facultas retinendi libros vetitos in Rom. Bibliotheca Casanatens. 8.  
 IX. De Voto Magistrorum Congregationis S. Bernardi Castellæ in Academiis Salmanticens. & Compluten. 9.  
 X. De suffragio Lectorum, & Prædicatorum Congregat: S. Bernardi Castellæ. 10.  
 XI. Jubileum Universale initio Pontificatus. 11.  
 XII. De confirmandis in eodem Monasterio, vel Officio Abbatibus Congregat. Sancti Bernardi Italiæ. 11.  
 XIII. Literæ in die Cœnæ Domini. 12.  
 XIV. Facultas transferendi Pensiones pro Votantibus Signaturæ Justitiæ. 13.  
 XV. Privilegia pro Familiaribus Sancti Suse. 14.  
 XVI. De Procuratoribus, & Diffinitoribus Provinciarum in Insulis Philippinis Congregat: Hispaniæ Eremit. Discal: S. Aug. 14.  
 XVII. De Privilegiis Commissariorum eorundem Provinciarum, & eorundem Fratrum S. Augustini. 16.  
 XVIII. Facultas celebrandi Capitula pro Provinciis Congregat: Italiæ Eremitar: Discalceat: S. Augustini. 17.  
 XIX. Electio Præfetti Congregationis boni Regiminis Status Ecclesiastici. 18.  
 XX. Erectio Collegii Studiorum in Cœnobia Urbinate. Ord. Minor: Conventual: cum suis Privilegiis. 18.  
 XXI. Facultas suscipiendi Gradus Scholasticos in Cœnobia Eremit. S. Aug. in Insula Tenarife. 19.  
 XXII. Privilegia Fratrum Mendicantium, & Clericorum Ministrantium Intirinis pro Congregat: S. Hippolyti in Indijs Occident. 20.  
 XXIII. Facultas suscipiendi Ordines extra tempora pro eadem Congregatione. 22.  
 XXIV. Facultas transferendi Pensiones pro Votantibus Signaturæ Justitiæ etiam Officium dimittentibus. 23.  
 XXV. Indulgentia plen: per modum Suffragii pro Defunctis in Domo Lauretana. 24.  
 XXVI. De Missis non celebratis, & celebrandis in

- Capella, & Ecclesia S. Domus Lauretanæ. 24.  
 XXVII. De celebratione Capitulum Provinciarum Lusitanæ Fratrum Min. de Observan., & Tertii Ordinis. 25.  
 XXVIII. De abdicatione graduum, & privilegiorum personalium facta a Congregat: Observ: B. Jacobi Venetiarum Ord: Prædicat. 26.  
 XXIX. Indulgentiæ perp: pro Congreg: Missionis. 27.  
 XXX. Pro indigentis Locorum Sacrorum Terræ Sanctæ. 28.  
 XXXI. Indulg. plen. pro Ecclesia Sacri Specus Sublacen. Monachorum Cassinen. 29.

### ANNO SECUNDO.

- XXXII. Innovatio, moderatio, & declaratio Constitutionum Ord. B. M. de Mercede. 29.  
 XXXIII. Officium & Missa de B. Augustino Dalmata pro nonnullis Dioecesibus, & Ord. FF. Prædicatorum. 32.  
 XXXIV. Exemptio a Processionibus pro Congregat: Bethlehemitarum. 33.  
 XXXV. De juribus ad Gradus Scholasticos pro Collegio Transpontina de Urbe FF. Carmelit. 34.  
 XXX. Declarationes, & additiones ad Statuta Universitatis Fabrorum Ferrariorum de Urbe. 35.  
 XXXVII. Abrogatio Discretorum in Provincia Flandro-Belgica Fratrum Capuccin. 39.  
 XXXVIII. Unio domorum S. Lucie, & Portici in Regno Neapolis Provinciæ Castellæ Fratrum Min. Discalceat. Hispaniæ. 40.  
 XXXIX. De uniformitate Habitus, & cæterorum cum universo Ordine pro Canonicis Præmonstraten. Congregat. Hispaniæ. 41.

### ANNO TERTIO.

- XL. De translatione Festi S. Francisci Xaverii Societ. Jesu una cum Indulgentia. 42.  
 XLI. Facultas erigendi Confraternitates S. M. de Carmelo, & distribuendi Scapularia pro solis FF. Carmelitis. 43.  
 XLII. De suffragio consanguineorum, & affinium pro Congregat. Eremit. S. Aug. 44.  
 XLIII. De Primatu pro Provincia S. Didaci Novæ Hispaniæ FF. Min. Discalceat. contra Eremitas S. August. 45.  
 XLIV. De Lectoris, & Lectoribus Fratrum Prædicatorum Congregat. Observan. S. Marci de Cavotis. 46.  
 XLV. De Habitu, Missale, & Breviario Canonicorum Præmonstraten. Congregat. Hispaniæ. 46.  
 XLVI. Damnatio foliorum: *Lettre de Monsieur Cha-noine de B. a Mons. T. D. A. Cas de Conscience.* 48.  
 XLVII. Unio 12. Cœnobiorum Provinciæ Hungariæ Fratrum Prædicatorum. 48.  
 XLVIII.